



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

De termino paschali, & de clau. fest. mo. c. 6

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

**De termino paschali**

mā dictio & seruit primo mensi, cuius lunatio est 29. februs, &  
fest prima litera: ergo super primum f. mensis februarij maior  
numerus sequitur minorem immediate, similiter super primum  
e. Aprilis: & sic de aliis: sed super primum g. decembris maior,  
f. 14. sequitur immediate minorem. f. 2. & super eadem litera: q.  
ibi est duplex aureus numerus, quod designat geminatio bu-  
ius littere g. in dictione ganger. Item fallit in Julio & reliquis  
mensibus usque ad Iannarium: in quibus circa finem nume-  
rus 19. sequitur immediate ad 11. numerum: vnde versus.

Julius & reliqui, qui restant dena, non emq;

Jungunt vndeno, sic est ratus aureus ordo.

Item sciendum est, q. quando 19. immediate sequitur octauus,

qui sequitur, debet tertio loco ponit vnde versus.

Quando continuas vndenis dena nouemq;

Maior trinus tunc octonarius esto.

**De termino paschali, & prio de clavis festorum mobiliū. L. 6**

**O**n termino paschali triplex datur rō: & prima per claves  
mosaicas: scđa p̄eratē lunę: tercia per tabulas manuales  
de quarum qualibet viden dum est: Sed primo de clavis: &  
ideo videndum est quid sit clavis, & vnde dicatur, & vnde habet  
ortū, & ad quid inuenta fuerit. Clavis est numerus variabilis da-  
tus anno ad inuentiendū principia quinqz mobiliū festiuitatū,  
septuagesimę, quadragesimę, paschatis, rogationū, pentecos-  
tes: ideo sunt quinqz claves: & qđlibet pdictorū festorū h̄z tri-  
gintaquinqz dies, in quibus semper celebrantur. A sede aut̄ cu-  
iuslibet clavis numeratur dies vnde ciz, & vsq; ad initū ipsorum  
trigintaquinqz dierū, prout h̄c infra patebūt. Et dī clavis per  
similitudinē: quia sicut per claves ostia reserantur, ita per calē  
numerū principia dictarū festiuitatū nobis denotantur. Ha-  
bent. n. ortum istę claves terminorū a 19. anni cycli lunaris, &  
& diebus septimanę: vnde prima clavis est 29. Claves aut̄ alio-  
rū anno sic formantur: addamus. n. semper clavi p̄cedentis  
anni 19. & summa inde prouenientis erit clavis sequentis anni: si  
non superat 40. si vero summa superat 40. abieciſ 30. residuum  
erit clavis sequentis anni. verbi g. Clavis primi anni est 26. cui  
si iungatur 19. erunt 45. vnde abiectus triginta, remanet 15. qui  
numerus est clavis sequentis anni. ita formatur vsq; ad 19. annos

**Rationes ad inueniendum pascha.**

317

nos per ordinem: quod non procedit vltra 19. numerorum; sed reuertitur ad priorem: unde cyclos claviū aurei numeri et epactarū non differunt quantitate, differunt tamen principio, quod cyclos epactarū incipit a septembri, cyclos autē aurei numeri et claviū a ianuario. Unde si velimus scire quotus sit annus cycli aurei numeri, et claviū, possumus scire per divisionē anno dñi factā superius in titulo de epacta. Inuenio quotus sit annus claviū, possumus scire quod sit clavis illius anni per alias hanc rōnem. Numerus enim ille, qui remanet de divisione anno dñi numerari debet per summates quinqz digitorū, inchoando a pollice: et si numerus terminatur in pollice, debemus addere 25. et summa inde proueniens erit clavis illius anni: si vero numerus finitur in indice, debemus addere 13. si in medio, 31. si in annulari 19. si in auriculari, 7. et si summa inde puenies excederit 49. abiectis 30. quod remanserit erit clavis, quod additio his versib. continetur.

Viginti quinqz tredecim plus esse tricenos.

Unde vicena epa digitis pro claviibus apta.

Sedes quidē claviū numerū inuenitur in calendario, nisi super hanc literam g. prima ergo g. ianuarij est clavis septuagesima. Ultima g. eiusdem mensis est clavis quadragesima: et secunda g. martij est clavis paschalis: tertia g. aprilis est clavis rogationum. Ultima g. aprilis est clavis pentecostes: unde versus.

Primaqz, et ultima g. Iani, Hartisqz secunda,

Tertiaqz aprilis tibi signat, et ultima clavem.

Habita ergo clavis anni, incipe cōputare a sede clavis: et cōplete illā in diebus calendarij per ordinem procedendo: et ubi terminabitur, ibi erit terminus solēnitatis: ita qd in proximo die diuico ibi sequēti erit initium solēnitatis, culus est clavis, sed rōnes incipiunt in sequēti die lunę: et si fuerit bissextus, cuilibet clavi est una dies addenda.

**Rationes ad inueniendum pascha. Cap. 7.**

**P**ossimus et scire paschales terminos per etatem lunę: cuius rationem sequitur iuxta consuetudinem iudeorum, de quo talis datur regula. Accipe lunam quecunqz est in festo epiaphanię: et perfice illam procedendo per dies calendarij ordinante usqz ad 40. dies, et si fuerit bissextus, usque ad 41. in proxima die dominica sequenti erit initium septuagesima: unde versus.

A festo stellę numerando perfice lunam.

Quadra-